



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

99 Professio legendo schedulam absque intentione profite[n]di non est valida.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

## DECISIO XCIV.

*Ex conf. 8. in Nouis, deest in antiquis.*

**C**um religionis approbata professio hominē inhabilem ad matrimonium reddat, & ad horas canonicas obliget, & differentiā inter nouitium, & professum constituat, consequenter contra tres *Ioannes de Deo*, qui ad nullum horum obligantur, verē religiosi non sunt, nec pro talibus habendi; cum regulares non sint omnes, quibus Papa concedit, vt sub S. August. regula viuatur.

## DECISIO XCV.

*Ex conf. 13. in Nouis, deest in antiquis.*

**P**rofessio tacite emissa per canonicum regularem, quando canonicatum regularem accepit, ex eo quod postea beneficium renunciat non euanciscit sed habitum regularem, vt prius, deferre tenetur, nec Matrimonium contrahere potest.

## DECISIO CXVI.

*Ex conf. 22. in Nouis, deest in antiquis.*

**P**rofessionem saltem tacitam apud Minores de obseruantia fecisse censetur, quia Conuenualibus ad illos transeundo per annos septem continuos commoratus est, & ordines sacros suscepit. Cui licet matris necessitas corporalis præbeat istam causam, vt detur licentia manendi extra claustrum, cum habitu, vt tamen extra claustrum absque habitu maneat, & beneficium aliquod in titulum accipiat non præbet. Vnde si licentia non obuenta exeat, peccat, & si dimisso habitu celebret, irregularis efficiatur.

## DECISIO CXVII.

*Ex conf. 23. in Nouis deest in antiquis.*

**P**rofessio ante annum 16. expletum est nulla, ex Cōc. Trid. sess. 23. c. 15. de regul. nec coram Deo ratificatur ex eo, quod per quatuor annos in religione permanferit, nisi sciens illam nullam animo illam ratificandi id fecerit, vnde Matrimonium a tali contractum, coram Deo validum est, & si cōsummatum sit, a Papa dissolui nō potest. In foro tamen exteriori iudicabitur valide professus, nec audietur, si petat illam declarari nullam, nisi id corā suo Superiori, & episcopo intra quinquennium petat. Contra tamen quinquennij lapsus restituitur ex eo, quod iuris ignorantia ductus id solum petijt coram suo Superiore, qui illius petitionem reiecit, ac minoris ætatis testimonium a publico Notario factum laceratur.

## DECISIO CXVIII.

*Ex conf. 38. in Nouis, deest in antiquis.*

**Q**uamuis collegium, religio, seu vniuersitas, omnibus vno dempto, sublati, in dicto vno conferuetur, si. si. cur municipium, si. quod cuiusque vniuers. & Pan. in c. 1. de elect. nu. 5. sique solus collegij iura exercere potest, & prælatum eligere, & alios ad religionem admittere, qui tamen nec religiosus est, nec prælati illius religionis, sed solum nouitius; alterum nouitium vestire, aut ad professionem admittere nequit; vnde nec professio trium votorum, quæ sunt religionis substantia, illa profitemem religiosum efficit, nisi emittatur secundum regulam a sede Apostolica approbatam in manibus eius, qui profitemem tali religioni approbatæ incorporare potest.

## DECISIO CXIX.

*Ex conf. 44. in Nouis, deest in antiquis.*

**P**rofessio intra annum facta, aut lectio schedulæ continentis verba a profite te profertur solita absque intentione profitemi, quamuis nulla, & irrita sit, illam tamen sic nulliter emissam approbare censetur, qui ad titulum religionis omnes ordines suscepit, & per multos annos in ea manet, & illius prælati constituitur, nec suspensionem aliquam, aut irregularitatem per tales ordinationes incurrit, modo illas nec extra tempora, nec ante ætatem, nec absque literis dimissorijs sui prælati accipiat.

## DECISIO C.

*Ex conf. 57. in Nouis, deest in antiquis.*

**L**icentia absolute a prælato concessa religioso transeundi ad aliam religionem, ad parem, vel strictiorem non autem ad laxiorem restituta est ex S. Tho. 2. 2. q. 189. art. 8. quamuis Prælati Generalis ordinis etiā ex iusta causa licentiam transeundi ad laxiorem concedere poterit.

[Aduertendum circa consilia 63. & 88. in Nouis, quæ defunt in antiquis, authorem contrarium esse sibi ipsi in consilijs 56. & 57. Siquidem in consilio 63. & 88. expresse docet nec Protectorem religionis, nec Generalem ordinis concedere posse facultatem transeundi ad laxiorem, sine licentia Papæ; immo consilio 88. num. 2. ait licentiam concessam a Papa transeundi ad laxiorem sine iusta causa nō valere. Quod dictum sano modo intelligi debet, scilicet, vt non valeat excusare, aut Papam concedentem, aut sic translatum a peccato. At vero in consilio 56. & 57. in Nouis contrarium docuit.]

## DECISIO CI.

*Ex conf. 69. & 70. in Nouis, eadem fere sunt, & defunt in antiquis.*

**L**icentiam Monacho standi extra claustrum superioris ordinis nisi ex iusta causa se ad rotundum respiciendo, pro quo conceditur, extendente, concedere valet. Nec in hoc differt, an is cui conceditur, sit translatus, vel proprius illius Monasterij filius professus. Iuste vero causa est recuperatio sanitatis, c. 1. de sta. reg. in 6. quia existente, superior ne dū Monachis, etiam Carthusianis, sed etiam Monialibus licentiam & extra claustrum manendi, & habitum dimittendi concedere potest, ita Conc. Trid. sess. 21. c. 5. de reg. gl. in c. si quis ex clericis, de vita & honest. cler.

## DECISIO CII.

*Ex conf. 83. in Nouis, deest in antiquis.*

**L**iberatio Tutoris ab ingressuro religionem facta, si sit inter viuos, etiam si sit scripta in testamento, non valet, sed irritanda est, secus si sit pars testamenti nō habens effectum nisi secuta morte testatoris; cum Conciliū non vltimas voluntates, sed solum obligationes, & renunciationes inter viuos, vique ab initio irritat censetur, ex Conc. Trid. sess. 23. de reg. c. 16.

## DECISIO CIII.

*Ex conf. 87. in Nouis, deest in antiquis.*

**C**um professio ex vtraque parte obligatoria esse debeat, & contra religionis statum eam irritans facta, nulla sit; consequenter qui de genere Iudeorum descendit, & contra statum religionis ei nouum factum professio, & contra statum religionis ei nouum factum professio, vt nulla esset professio, si de tali genere descenderet, & interrogatus negat se de tali genere descendere, ob quam negationem ad prohibendum admittitur, ad quod, si veritatem confessus esset, admissus minime fuisset, vere religiosus non est, eumque Prælati ad instantiam legitimæ partis, accusatoris, vel denunciatoris, vel ex officio per viam inquisitionis allegatis, & probatis necessarijs per sententiam legitimam expellere potest, sique expulsus in vtroque foro liber est.

[Annotandum, quod licet hoc consilium quoad verba defuit in antiquis, in effectū tamen & re ipsa idem est cum consilio 5. in antiquis, & cum 26. in Nouis.]

## DECISIO CIV.

*Ex conf. 88. in Nouis, deest in antiquis.*

**B**vlla Pij V. 91. in ordine, incip. Quæcunque, in qua statuitur, vt fratres alterius ordinis, & religionis, ab illa religione recipi, aut retineri non possint, sed ad proprios ordines remitti debeant; cum solum intelligatur de translatis virtute facultatum, & privilegiorum particularium a sede Apostolica concessorum speciatim contrarius cōe aliquibus monasterijs, vel religionibus, vt Apostatas, vel aliquos alios a tali religione accipere possent, consequenter Carmelit. sine licentia Papæ ad ordinē Frat. Minorū, cū

G

licentia